



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Sympna Virgo M. Horror impudicitiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



[S. DYMENA VIRGO M.

Horror impudicitiae.

Amator pudicitiae Deus, B. DYMENAE
mortem, pro virginitate tuenda tole-
ratam recolentibus, mentis & corpo-
ris sanitatem conserva, quibus tibi de-
votè & fideliter serviamus.

Ora pro amentibus & furiosis,

✠

Gela, Brabantiae municipium nobile, Gleucis 6 Antverpia distitum, celebritatem suam & ecclesiam collegiatam debet S. DYMPNÆ, Virgini ac Martyri, potenti ad amentium energumenorumq; curationem. Ea dicitur Pagani cujusdam Regis in Hibernia filia, cum S. Gereberno Presbytero, qui ipsam clam instruxerat, adnavigasse Antverpiam, Gelamque se contulisse, ne patri viduo, ut volebat, nubere, cum fidei Christianæ injuria, cogeretur. Istic tamen ab illo repertam ajunt, indicio pecuniæ apud Antverpienses expositæ; qui ad sua vota inflexibilem gladio proprio necavit, una cum instructore Presbytero. Gelæ autem mirabiliter tumultata DYMNA, ab aliquo Cameracensium Episcoporum elevata, novis miraculis claruit seculo 13 aut 14, quando illa Petrus Canonicus scripsit. Accesserunt & alia etiã hoc seculo, publicis instrumentis probata, non solum amentium & energumenorum, sed etiam epilepticorum ac variis sensibus destitutorum, S. Gereberni corpus Sonsbeka Cliviæ possidet, & vicini Zantenses valde venerantur.

Serva te ab insensato, ut non habeas molestiam, & non coinquinaberis peccato illius.
Eccli. 22.